

ex libri huius serie comprobetur – ne^a tamen alicui minus credulo minus^b satisfacere in hac parte possimus, opere pretium credimus^a aliunde testes proferre^c, et que^d sibi satis per^e se^e evidentissima operum testimonia perhibent, aliis quoque veridicis testimoniis probabiliter communire.

Duodecim fuisse tribus, que sibi Chananeorum terram iubente domino dividerunt, omnibus catholicis clarum est. Harum quinque tribus, que esse videbantur maiores, hereditatem primitus acceperunt. Novissime tribus septem sorte sibi terram distribuunt^{f27}. Fuerunt autem tribus quinque Ruben et Gad et⁸ Manasses^h, Effraim simul et Iudasⁱ. Quinque ergo iste tribus quinque etates seculi designant^k, septem vero^l que novissime hereditates^m accipiuntⁿ, septem portiones huius sexte etatis, que in finibus seculorum suas nunc hereditant^o mansiones. Querat^p diligenter et scrupulose vir providus, cur due tribus et dimidia ad orientis plagam ultra^q Iordanis ripam fluminis, cur due et dimidia ex hac parte^q tanta^r providentie arte distincte sunt pariter et^s partite^t. Magnum et evidens ammiretur misterium, in nichilo ab eodem dissimile! Recte utique et evidenter due tribus et dimidia ad orientis partem fluminis secernuntur, quia due etates et dimidia ab Adam usque ad Moysen sine lege fuerunt, due vero et dimidia^u sub lege a Moyse^v usque ad Christum. Hoc quoque modo tribus septem, que fidelium significant^w multitudinem secundum septiformis gratie numerum²⁸, hereditatem novissime acceperunt. Concordat^x huic antiquo^y novum ecclesiarum misterium, quandoquidem^z principales ecclesias quinque fore^a cognovimus, Romanam videlicet et^b Constantinopolitanam, Alexandrinam^c, Antiochenam et Ierosolimitanam²⁹, de quibus^d per prophetam dicitur: *Erunt quinque civitates in terra Egypti loquentes lingua^e Chanaan; civitas solis vocabitur una³⁰*. Concordat itaque^f tribus Ruben cum⁸ Ierosolimitana^h

a–a) non tamen alicui credimus in hac parte minus satisfacere si possimus D. b) fehlt B. c) folgt idoneos D. d) qui D. e) fehlt B. f) distribuerunt B. g) fehlt D. h) folgt et D. i) Iuda B. k) demonstrant B. l) quoque D. m) hereditatem BD. n) acceperunt D. o) hereditatum B. p) folgt igitur B. q–q) fehlt B. r) tante ABCD. s) pariterque BD. t) folgt In quo D. u) folgt tribus D. v) folgt videlicet B. w) signant B. x) Concordia A. y) utique E; folgt misterio D. z) quinque A. a) fehlt D. b) fehlt BE. c) folgt et D. d) folgt et B. e) fehlt B. f) utique E. g) folgt in E. h) Ierona B.

²⁷⁾ vgl. Iosue 12,16; 13,7f.; 18,5.7.10ff.

²⁸⁾ vgl. Isai. 11,2f.

²⁹⁾ vgl. Enchiridion Z. 2088ff., 2345 (f. 63^r, 70^v).

³⁰⁾ Isai. 19,18.